

*PRÆSTANTISSIMO DOMINO
Francisco Hurtado à Mendoça Marchioni de Almagar
Comiti Montis Acuti & Prasidi in curia Regia
militaris ordinis. Frater Gaspar à Melo
salutem & perpetuam felicitatem.*



VI dedicari inscribiq; oportere lucubrationes suas putat: præstantissime preses, magni aliquem nominis virum deligere solent, cuius prodeant auspicio in publicum: nec ut mihi quidem videtur iniuria, quod bonis literis ac disciplinis non leui præsidio sint vindices illarum principes ac nobiles homines. Alij tamen quærun't ad rem hanc viros nobilitate præstantes: alij verò sapientia maxima polentes alij autem virtute præcellentes. Ego tamen ingenuè fateor me omnium aliorum qui libros ediderint, esse felitiorem: qui te virum & nobilitate, & sapientia, & virtute maxima præstantem inuenerim cui meos labores dicare impressentiarum possem. Qua propter deo optimo maximo ingentes innumerasque gratias agere non cesso, quod mihi talem ac tantum Mæcenatem concesserit: qui non vno aut altero gladio sed tribus meas lucubrationes defensare possit. Quis enim sine tanto præsidio hoc tantum tamque profundum Apocalypsis pelagus tettare posset? Nam præterquam quod scripturas sacras hominibus deus esse noluit vsq; quæq; per vias, cum ut inde prophani arcerentur, Tum etiam, ut sub acta improbo labore hominum ingenia, illarum à Deo suppliciter intellectum peterent: propria quædam est ipsi Ioannis Apocalypsi, & peculiaris obscuritas. Nimirum quod qui arcana se vidisse testatur homini ineffabilia, sic instruere suos volebat, ut sub obscure tractatis locis impios arceret, fideles autem multo labore deiq; implorato auxilio ad earum cognitionem aspirare doceret, quapropter si quid nos in Apocalypsi explicatione fugerit (ut fugisse multa necesse est hominem) non disfidimus aliquando cum Deus dederit id nos intellecturos, quamquam nullum non moui lapidem, ut quatenus asequi potui spinosa difficiliaque loca interpretatione aliqua, dum meliorem specto explicarem. Quantum autem ea in re promoueri iudicandum relinquo ijs qui post relecta aliorum integra commentaria ad hæc nostra accedere forsitan non dedignantur. Quod si dignitati tuæ qualia cumque hæc nostra commentaria non displicuerint, pergam in cæteros Euangelistas similia adornare nihil est enim quod impulsore te patrono ac Mæcenate meo non aufferim: dicam amplius, quod etiam non possim perge igitur preses præstantissime qua cepisti humanitate bonas literas adiuuare, & me ceterosque literarum studiosos, & amatores prosequi: ita & nominis tibi immortalitatem paries, & nunquam inter morituram apud Deum & homines inibi gratiam vale, &c.

Por mandado del Rey nuestro Señor

Juan V. de...